Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



27

tiry adeptus est. xiiij° kal' iunij 19. maij.

Rome via apia: natale sanctorum calocerij et parthenij eunuchorum: quorum prior cum esset prepositus cubiculi imperatoris decij. alter primicerius. nolentes sacrificare ydol': ab eodem interfecti sunt. Item rome. sancte potenciane virginis: que post innumeros agones: pro multorum martirum venerabiliter exhibitas sepulturas: post omnes facultates suas pauperibus pro xpo erogatas: tandem de terris ad celum migrauit. Eadem die. beati pudentis patris supradicte virginis. qui ab aplis xpo in baptismo vestitus innocentem tunicam usqz ad coronam vite. in maculate custodiuit. Item iuonis confessoris. xiiij°

Rome via salaria. natale kalen iunij 20. sancte basille virginis et martiris: que cum esset ex regio genere. et haberet sponsum illustissimum: accusata est ab eodem quod esset xpiana. Decretum est a gallieno augusto. ut aut sponsum suum reciperet: aut gladio interiret. Conuenta de hoc. respondit. regem regum se sponsum habere: et gladio transuerberata est. In gallys ciuitate nemauso: sancti bandely martiris: qui comprehensus cum sacrificare nollet. et in fide xpi immobilis inter verbera et tormenta persisteret: martiry palmam preciosa morte suscepit. Bituricas: beati austregissili epi et confessoris. xij kal' iunij 21.

In mauritania cesariensi: natale sanctorum timothei: poly: et euticij diaconi: qui apud pfa

* Natalis sancti Petri de Morono, qui ex anachoreta summus Pontifex cratus, dictus est Cælestinus quintus: sed Pontificatu se abdicans & in solitudine religiosam vitam agens, virtutibus & miraculis clarus migravit ad Dominum.

* Sancti Ivonis presbyteri & confessoris, qui pro Christi amore causas pupillorum, viduarum, ac pauperum defendebat.